

Joachim Schönermarck

**Rector Academiae Rostochiensis, Joachimus Schonermarch Iurisconsultus & P.
P. ad exequias, Quas ... foeminae, Margretae Dunckers/ hora 1. in aede Jacobaea
paratas cupit Viduus ... Casparus Schwartzkopff/ Omnes omnium ordinum cives
Academiae invitat, ad diem 1. Septembris**


Rostochi[i]: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438712>

Druck Freier  Zugang



85.
Schonermarch, J.,
in
M. Duncker,
uxor. C. Schwartzkopff.
Rost. 1625.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOACHIMUS SCHONERMARK

Jurisconsultus & P. D.

ad exequias

Quas

Lectissimæ & pijsimæ fœminæ,

MARGRETA

Dunckers /

hora I. in æde Jacobæa, paratas cupit

Viduus mœstissimus hujus inclutæ Urbis Rostochien-
sis civis primarius,

CASPARUS Schwarzkopff /

Omnes omnium ordinum cives

Academix invitatur,

ad diem 1. Septembris.



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXV.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOACHIMUS
SCHONERMARCH,
J.D. & P.P.



Ecessit ex hac vita nudius
quartus, post meridiem, hone-
sta femina, *ταπεινὴ ἀρετῆς*, &
preciosa margarita, *MAR-*
GARETA, conjunx optimi
viri & civis *CASPARI*
SWARTZEKOPFS.

Nata hæc est anno 1610. in honestissima familia, Pa-
tre, Amplissimo p. m. viro, *Dn. NICOLAO*
DUNCKERO, incluta hujus urbis Senatore,
ordinis nostri fautore singulari: Matre, lectissima
femina *AGNETA BEERMANS*.
Avus paternus ipsi fuit honestissimus vir *AN-*
DREAS Duncker / civis Sternbergensis: in
quo monte collocatum hoc tempore Serenissimorum

Ducum

Ducam Megapolitanorum provinciali DICASTE-
RIUM, tanquam stella quadam major, suos radios
per universum hunc Ducatum salutare projicit &
spargit, ut quasi arx Phidie procul conspiciatur.
Maternus fuit JOANNES Beerman / civis
quondam hujus urbis haud infimus. Aviam pa-
ternam habuit CATHRINAM Butendicks;
Aviam maternam, MARGARETUM, ARNOLDI
CRONII, civis item hujus urbis primarij & pa-
trij, praestantissimi viri & gravissimi Reipub. pa-
triae quondam Senatoris, Dn. JOACHIMI
CRONII, unius ex celeberrima Familia QVIN-
GLIANAE majoribus fratris, filiam; qui nunc o-
mnes aeterna beatitudine fruuntur. Cumq; pie
probe & honeste esset educata; quod de proba merce
dicunt, ut facile inveniat emtorem: idem aut certe
simile ei accidit, ut facile inveniret honeste eam am-
bientem procum. Is fuit ornatissimus vir & civis
integerrimus, Dn. CASPARUS Schwarzes
kopff / amplissimorum hujus urbis Senatorum, Dn.
CASPARI agnatus, & Dn JOACHIMI Sibitars
Hefoppen / frater. Huic nupta fuit hac MARGA-
RITA, cum annos sedecim esset nata. Inq; eo conju-
gio & pietatis erga Deum, & pudicitiae & fidei
conjugalis, amoris erga maritum sinceri, & suavis
philostorgia atq; diligentiae in educanda sobole, se-
duli-

dulcissimi in laboribus Oeconomicis & aliarum virtutum, specimina luculenta edidit. Peperit enim novem illis annis, quibus in matrimonio vixit, marito quinque liberos: ex quibus tres, ELISABETHAM, CASPARUM & NICOLAUM superstites marito, tanquam sui amoris arrhabonem, reliquit: quos dum viveret & aluit & ad pietatem timoremque Deicum marito instituit. Quare & maritus, viduus jam mastrissimus, eam ardentem redamavit: quale conjugium, ut apud Stobaeum Hierocles affirmat καὶ Ἰ. δὲν οὐκίας, quod & Ἰωάννου Πόητα Odyss, lib. 6. commendat bis verbis:

*ἔ μιν γὰρ τὸ γέ κρείσσον καὶ ἄρειον,
 ἢ ὅθ' ὄμοφρονέοντε νόμοισιν οἶνον ἔχον.
 Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή:*

nil melius, nil est praestantius unquam, quam cum chara domi conjunx fidusque maritus unanimes degunt. Sed ut mala sunt vicina bonis: sic sua vitas illa Conjugij non fuit sine intercurrente aliqua fatali acredine. Est enim talis vivendi consuetudo: quam & Palladas ita expressit:

*Πλὴς σφαλῆς τὸ ζῆν, κείμα ζῆμινοὶ γὰρ ἐν αἰπῶ
 Πολλὰκι ναυηγῶν περίορον οὐκ ἐσπέρα:*

innuens vitam nostram, qua dicitur, nil esse aliud, quam incertam periculosamque navigationem, in qua tempestate quassati, saepius multo gravius ledimur, quam qui in naufragium inciderunt. Nunc,

ait

ait B. Cyprianus, corporis vires solutus in fluxum
venter eviscerat; in faucium vulnera conceptus
medullitus ignis exaestuatur; assiduo vomitu intestina
quatiuntur; oculi vi sanguinis inardescunt; quo-
rundam pedes vel aliqua membrorum partes conta-
gio morbida putredinis amputantur; per jacturas
Et damna corporum prorumpente languore vel de-
bilitatur incessus, vel auditus obstruitur, vel caca-
tur aspectus. Ita Cyprianus. Et eleganter miseras
vita nostra Erasmus complexus est carmine. Sic
enim ille:

Quodnam iter humanæ cupias insistere vitæ?

Quoquò te vertas, omnia plena malis.

Ligitijs causisq; forum strepit usq; molestis:

Perpetua crueiat sollicitudo domi.

Enecat assiduis rus triste laboribus: undas

Et freta si sulces, mille pericla premunt:

Viventi peregre, si res tibi suppetit ampla,

Cuncta miser metues, nec bene tutus ages:

Rursum si vacuæ pendebunt ære crumenæ,

Ut durum & miserum est, hospitem egere virum?

Conjugium sequeris, quanta hic te cura sequetur?

Desolatus eris, si sine conjugere eris;

Si tollis sobolem, multo educanda labore est:

Non tolles, orbi, lumine vitæ vacat.

Si juvenis fueris: vaga & inconsulta juvena est,


Viribus effœta est cana senecta suis.

*Acutius est D. Nazianzeni distichon, quod latinè
ita est redditum:*

Omnia sunt hominum labor hinc, sunt omnia luctus;
Umbra cinis, spectrum, ros, pavor, omnis homo.
*Verissime autem omnium & acutissime Moses,
Etiam, inquit, vita optima est labor & dolor. Sen-
sit igitur & hac pie defuncta suas miseras, suasque
dum hoc infelix equor navigaret, fluctuationes &
concussiones, suos labores, suos dolores. Ut de commu-
nibus conjugij difficultatibus nil dicamus: quam grave
fuit illud certamen, quod ipsi subeundum fuit cum
morbis, antequam de hoc diversorio mortalitatis ad
immortalitatem demigraret? Scribunt, margaritas
ex rore à conchis concipi, quæ deinde calore concha-
rum crescant, quoque majoribus fluctuum jactationi-
bus agitetur concha, tantò majorem grandioremq;
evadere margaritam. Verè hæc pie d. Margarita
maximas fluctuum exagitationes hæc experta est.
Sub finem enim mensis Junij ab externa quadam
caussa musculorum humeralium tendines dislocati
non solum ingentes dolores, sed eum etiam humo-
rum fluxum concitarunt, ut sub axilla dextra aposte-
ma non exiguum exoriretur, cui etiam Chirurgi ma-
nus de consilio Medici fuit adhibenda. Hoc ferme
consolidato, inter humerum & cubitum malitia
quadam duricie in eodem brachio apparuit: quæ it-
dem convenientibus remedijs emollita ad suppura-
tionem devenit, ita ut sectionem & ipsa requireret.
Quod malum etiamsi in diligentissima Medici &
Chirur-*

chirurgi opera nihil deesset, diutius aliquantò, in
medium feruè mensis Augusti, perseveraret, fa-
ctum est ut paulatim in satis profundam melanco-
liam incideret: ad quam cum per intervalla vehe-
mentes convulsiones, aliq̃ graua symptomata ac-
cederent: hisq̃ ferendis natura impar esset: supe-
rata tantis malis, quæ vel Herculem de lassare que-
ant, placide in Domino, a. d. 29. mensis jam elapsi
Augusti, obdormiuit. Non tamen fidem ipsius in
Christum mala illa superare potis fuerunt. Semper
enim cum sana valetudine uteretur, & in ipsa mor-
borum confluxu, Deo adhaesit: itaq̃ animata fuit,
ut, cum veniret Dominus & sponsus, ei pulsanti o-
stiolum, ut probam ancillam decet, confestim aperi-
ret. Sæpe secum ita locuta est: Non me delectat,
istud lumen: aliud lumen, cuius me lux vera, pro
qua immensa bonitate ei humilimas maximasq̃
gratias ago, fecit participem, anxia desidero. Vivere
jam supplicium est, mors erit mihi primum. quid
est, quod me in his tenebris retineat? quid habet ju-
cundum hæc misera vita, imò hæc miserrima mise-
ria? Exspectavi & aspectavi, mi Deus, Filium
tuum: eumq̃ firma fiducia amplector. Miserere
famula tua, diuturnis malis jam defatigata! mitte
me, ut abeam ex isto infelici convivio ad te Chri-
stum meum, qui me redemisti: qui me corpore &
sanguine tuo in cena tua benignissimè & verissimè

toties parvisi. Sicut cervus desiderat fontes: ita ab
istis locis arumnarum plenis in illam innumerabili-
bus felicitatibus redundantem affluentemq; regio-
nem toto pectore festino. Hac & similia pie defun-
ctæ animo penitus impressa hessisse: vita ipsius pie an-
te acta, & verbi divini audiendi cognoscendiq; stu-
dium comprobarunt. Hanc suam MARGARITAM,
quin maritus acerbè ferat, sibi ademptam, nullum
est dubium. Lucius quidem Paulus, & Q. Ma-
ximus, & Cato Censorius inter Romanos: & inter
Græcos Anaxagoras & Xenophon suos non luxisse
dicuntur: qui an rectè secusvè fecerint, viderint
ipsi. Gravita testataq; sunt nobis sacra Scriptura
exempla: quæ imitari licet. Sed tamen ita lugen-
dum est Christianis, ne modum excedamus.
Meministi, inquit paullò ante à nobis laudatus Cyprianus,
voluntatem nos non nostram, sed Dei facere debere.
Hoc nos ostendamus esse, quod credimus, ut neq; charorum luge-
amus excessum, & cum accersionis propria dies venerit, incun-
ctanter & libenter ad Dominum ipso vocante veniamus. Cu-
rabit autè hujus suæ Margaritæ desideratissima exuvias hodie
h. I. efferi: & in templo vicino Cathedrali in sepulchrum
suum inferri. Qui honos cum non gelido cadaveri, sed divino
templo & habitaculo spiritus nobilissimi habeatur: nos quoq;
decebit, humanitatis nostræ memores, eidem p. d. hunc extre-
mum honorem, ut ejus funus frequentes deducamus, exhibere.
Idq; ut omnes, qui Jurisdictionem nostram agnoscunt, facere
non graventur: omnes & singulos per amanter rogamus &
monemus. Deum a. precamur, ut, propter Christum, calamita-
tes impendentes aut depellat à nobis, aut mitiget. P.P. Rostochij
sub sig. Rect. nostri Kalendis Septembribus Anno 1625.





chirurgi opera nihil deesset, diuini
medium feruè mensis Augusti, p
Etum est ut paulatim in satis profun
diam incideret: ad quam cum per
mentes conuulsiones, aliaq; gra via
cederent: hisq; ferendis natura im
rata tantis malis, que vel Herculo
ant, placide in Domino, a. d. 29. n
Augusti, obdormiuit. Non tamen
Christum mala illa superare potis
enim cum sana valetudine inter tur
borum confluxu, Deo adhasit: ita
ut, cum veniret Dominus & Spon
siolum. ut probam ancillam decet
ret. Sape secum ita locuta est:
Istud lumen: aliud lumen, cuius
qua immensa bonitate ei humili
gratias ago, fecit participem, anxia
jam supplicium est, mors erit mihi
est, quod me in his tenebris retinea
cundum hac misera vita, imò hac
ria? Expectavi & aspectavi, m
taum: eumq; firma fiducia ample
famule tua, diuturnis malis jam
me, ut abeam ex isto infelici con
stum meum, qui me redemisti: q
languine tuo in cœna tua benigniss

in
t, fa-
ucho-
webe-
ta ac-
supe-
e que-
elapsi
sius in
emper
mor-
a fuit,
anti o-
aperi-
lectat,
a, pro
masq;
rvere
quid
bet ju-
mife-
ium
ferere
mitte
Chri-
re &
issime
to-

